THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh. Seite 93v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=922
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tetigit eā. ⁊ oculos eius aperuit.
Que beneficiū sentiens inspa
tum. non minus mīe magnitu
dinē. quā lucē insolitā mi
rabatur. Inter primas ppagi
nes quas hec habundantissi
ma uitis emisit. in remorum
parrochia monasteriū ignia
cense plantatū feliciter radi
cauit. Quod aliquando uisitans
idem scs. uicū maternę flu
uio proximū. quē riuulum
nominant pertransibat. Vir
quoque magnificus ⁊ deuotissimus
eius amator samson remorum
archiepc comitabatur. illum
solita ueneratione deducens.
Senex autem claudus ad mendi
candum positus erat in uia.
Cui unus e fratribus elemosinā
dedit. Secutus abbas scs cū
iam hominē pertransisset. conuer
tit se ⁊ paulisper intendens
in eū. quid patiatur interrogat
circūstantes. ⁊ sibi illum
precipit exhiberi. Suspica
ti homines quod esset ei amplius
aliquid ipse daturus. domine inquiunt
claudus est. nec moueri potest. ad eū
ferimus quod uolueris dare. Quo
repetente uerbum ⁊ dicente. tol
lite eū ⁊ afferte ad me. primo
quidem per ammiratione mutuo
sese intuebantur. ignorantes quid
esset facturus. Demū agnoscen
tes eū. clamabant ad inuicem.
Abbas est clareuallensis. ⁊ protinus
illum sanauit. Nimirū solitus erat
quotiens poterat operam dare. ne in
uicis agnosceretur. ⁊ interdicere
sociis ne cui ex occurrentibus
manifestarent eū. aut de eo ali
quid loquerentur. sed querentibus
quis transiret dicerent monachos
esse. aut aliquē de personis simul
euntibus nominarent. Igitur ag
nito dei famulo. ruunt undique.
⁊ leuantes hominem. ferunt ⁊ of
ferunt ei. Qui inponens utram
que manū capiti eius. ⁊ in celum
suspiciens ac breuiter orans.
deponi illum iubet ⁊ ambulare.